

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus

### Caput 8: De qualitate religiosorum (6)

Idem (Ieronimus):

Non decet religiosos amicorum facta procurare,  
quia propter hoc aliquando deficit oratio et lacrime,  
quas pro peccatis fundere deberent,  
etiam religiosus viles debet habere vestes et non pretiosas.  
Vnde dominus in commendatione beati Iohannis Baptiste ait:  
Quid existis in deserto videre?

[fons nondum repertus]

[Luc. 7:24]

Hominem mollibus vestitum?  
Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.

[fons nondum repertus]

Nemo enim pulcras vestes querit nisi ad inanem gloriam.

Nemo quippe vestimenta praecipua nisi ad inanem gloriam quaerit,  
videlicet, ut honorabilior caeteris esse videatur.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 40.3 (CCSL 141,  
R. Etaix ed., p.399, ll.136-138).